

PROF. JOHANNES D. J. SAUBERT

Fakultät	Theologische Fakultät
Geboren	1638 in Nürnberg
Gestorben	1688 in Tübingen
Kurzvita	Phil. Prof. d. orientalischen Sprachen in Helmstedt (1660–1673); Theol. Prof. in Helmstedt (1665–1673); Theol. Prof. und Superintendent in Altdorf (1673–1688);
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: Johannes Saubertus Norimbergensis (27.10.1659)
Ehefrauen	Anna Maria Saubert geborene Conring, Heirat 1664
Porträt	HAB: A , 8772 A , 877, A , 8769 A , 877
Quelle	Ahrens 2004, S. 201
GND	https://d-nb.info/gnd/104142197
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-188-saubert

Lehrstühle

1660–1673 Lehrstuhl für orientalische Sprachen, Helmstedt

1665–1673 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

1673–1688 Lehrstuhl für [o. A.], Altdorf

Ämter

1673–1688: Altdorf, Superintendent

Vorlesungen (81)

Johannes Savbertvs finitis jam Paschalibus alacriter cum Deo lectiones suas publicas auspicabitur. Primum rudimenta Ebraei idiomatis e certo auctore solide enucleabit: Hisce subjunget $\pi\rho\alpha\tilde{\xi}\iota\nu$ videlicet expositionem Historiae Creationis ex Gen. cap. I.& II.; eamq. non solum Grammaticam, sed & ad calamum Philologicam, e doctoribus Mischnicis, Gemaricis, Targumicis, Kabbalisticis, Masoretis, aliisque Rabbinis, tum etiam auctoribus Ethnicis & Christianis. [...], Sommersemester 1661

[...] Privatim exercitum ἀναλύσεως instituet recens inventa methodo, qua facile major pars radicum, quae dantur in Ebraea lingua, frequentissime occurrentium addisci poterit., Sommersemester 1661

[...] Aperiret etiam scholas Syriacas, si essent, qui tam necessarium studium pro merito aestimarent, atque adeo ambirent. Disputationes publicas, quicquiescunq. a responsuris dabitur occasio, e materiis philologicis porro continuabit., Wintersemester 1661/1662

[...] illis e Genesi, his vero e Psalmis textum methodo jam cognita illustraturus. [...], Wintersemester 1661/1662

Iohannes Savbertvs traditis hactenus feliciter primis Ebraeae linguae rudimentis, ubi his ea, quae restant, & Syntaxin subjunxerit, perget in posterum [...] privatisque horis in praxi;, Wintersemester 1661/1662

Iohannes Savbertvs traditis hactenus feliciter primis Ebraeae linguae rudimentis, ubi his ea, quae restant, & Syntaxin subjunxerit, perget in posterum publicis [...] horis in praxi;, Wintersemester

1661/1662

[...] Privatim nonos exercebit in oratione Ebraica resolvenda atque conficienda: Semel etiam atque iterum publice disputabit., Sommersemester 1662

Johannes Saubertus quod superiori anno inter duo semestria diviserat, id instanti hoc uno readsumet; elementorum nempe Ebraicorum tum per praecepta tum per textum aliquem declarationem. Illa denuo juxta Schickardi ductum proponet: Hunc vero talem quendam eliget e S. Codice, quem Christiani adversus Iudaeos crebro solent urgere. [...], Sommersemester 1662

[...] Exercitium domi non ita pridem coeptum sedulo urgebit. Aliisque tum privata pridem tum publice instituendis, occasione praebita, omnie navabit operam. Vnum item & alterum philologicum schediasma typis describi curabit., Wintersemester 1662/1663

Iohannes Savbertvs post traditam singularem methodum cujusvis Ebraicae vocis radicem investigandi, aliquot hactenus de Messia vaticinia ex Iesaia resolvit. Quibus ubi proxime adjecerit insignem illam prophetiam cap. LIII. revertetur inde ad lingua sanctae rudimenta, eaque breviter ac perspicue e certe auctore proponet, simulac difficiliores canones notis hauc poenitendis explanabit. [...] Docebit hora VIII., Wintersemester 1662/1663

[...] Publici juris non ita pridem fecit parentis sui prodromum philologiae S. cum notis & animadversionibus in censorem quendam. Proxime edet diu multumque desideratum libellum periculis criticorum Cl. Piccarti, philosophi & professoris quondam Altorfini., Sommersemester 1663

[...] Coeteroquin etiam intra privatos parietes commoda studiosorum, quantum poterit, promovebit: & disputandi exercitijs, uti hactenus, vacare a occasione negliget. [...], Sommersemester 1663

Iohannes Savbertvs Ebraeae linguae Syntaxin tam simplicem quam figuratam publice explicabit. Postea aliquot classica V.T. loca ex ipso fonte declarabit, quae a Luthero in vernaculam minus recte translata judicantur alii: praemissa historica narratione versionis illius, quam Lutherus dedit. [...], Sommersemester 1663

[...] Dum interea linguae S. rudimenta ante paucas hebdomadas nonis id petentibus domi suae explicari coepta absolverit: quae postea etiam publice docebit. Libellum quoque aliquem, si Deus voluerit, typographo exscribendum tradet., Wintersemester 1663/1664

Iohannes Savbertvs, quae modo in usum Theologiae studiosorum & sanctarum litterarum intellectum ex sacra Iudaeorum antiquitate commentari adgressus est, simulac pertexuerit, Pontificii interpretis versionem V.T. aliquot insignioribus locis castigabit & ad Ebraicae veritatis lancem ponderabit. [...] Docet hora VIII., Wintersemester 1663/1664

Johannes Savbertvs Ebraeae linguae rudimenta publicis lectionibus perspicue ac succincta methodo tradet: Habito prius discursu de variis V.T. ex fonte translationibus. [...] Docet hora VII., Sommersemester 1664

[...] Privatim, uti hactenus, ita deinceps quoque, in Ebraicorum textuum analysi nonos exercebit. Libellum sub prolo jam coeptum cum Deo absolvet. [...], Sommersemester 1664

[...] Propediem de virgine matre Immanuelis, ad insignem prophetiam Ies. VII. 14, 15, 16 publice disputabit: & quotiescunque dabitur occasio, hujusmodi exercitijs porro vacabit., Sommersemester 1664

Iohannes Savbertvs institutionum Ebraeae linguae explicationem propediem ad finem perducet: & deinceps analysi variisque imitationibus auditores suos per aliquot hebdomadas strenue exercebit. Postea difficiliorum quorundam V.T. locorum textus resolvit, & juxta genium ac proprietatem Ebraei idiomatis exponet simulac ostendet, quantum in vertendis ijs aberraverint alii interpretes.

[...], Wintersemester 1664/1665

[...] Disputandi quoque exercitia sedulo continuabit. [...], Wintersemester 1664/1665

[...] Serenissimi Principis Dn. Avgvsti, Ducis Brnsvic. ac Lunaebb. justu & auspiciis ex Ebraeo Latine recensuit Iacobi Iehudae Leonis de Templo Hierosolym. libros IV, atque in publicum edidit cum elegantissimis figuris aeri incis. Nuncalium similis argumenti tractatum mediatur., Wintersemester 1664/1665

[...] Disputabit etiam publice de insignibus quibusd. Vet. & Nov. Test. locis. Simulac libellum, quem praelo subjecit, intra paucas hebdomadas ad calcem producet, inde ejusdem fere argumenti alium, quem jam meditatur, continuo editurus., Sommersemester 1665

Iohannes Savbertvs illustria quaedam Vet. Test. loca ab aliquot interpretum gravissimis hallucinationibus vindicare, & ad Ebraei fontis amussim reducere perget. Necessario & utilissimo labore hoc, quantum auditorum studium feret, exantlato, Ebraeae linguae elementa facili ac plana methodo explicabit. [...], Sommersemester 1665

[...] Disputandi exercitia, si occasio dabitur, non negliget. Ea, quae de Cherubinis sub prelo habet, cum vero horumfigura aeri incisa, ut brevi in lucem prodeant, dabit operam., Wintersemester 1665/1666

Iohannes Savbertvs Linguae Sanctae institutiones propediem inchoabit, regulisque breviter ac perspicue explicatis auditores ad ipsam praxin & analysin textuum Vet. Test. [...] tum in privato auditorio manuducet. [...], Wintersemester 1665/1666

Iohannes Savbertvs Linguae Sanctae institutiones propediem inchoabit, regulisque breviter ac perspicue explicatis auditores ad ipsam praxin & analysin textuum Vet. Test. cum in publico [...] auditorio manuducet. [...], Wintersemester 1665/1666

[...] Disputandi etiam occasione non intermittet., Sommersemester 1666

Iohannes Savbertvs expositione vaticinij Amos jam ad finem perducta, Obadiam, Jonam, Michaeam & Nahum dienceps interpretabitur, singula capita, praemissa ubique contextus dispositione, brevi paraphrasi primum explanaturus, postea difficiliora loca paulo amplius illustraturus, denique quae ex singulis commatis doctrinae theologicae fluant, & ex Sacros. fonte recte ac utiliter vel in umbone tradi vel in cathedra urgeri queant ostensurus. [...], Sommersemester 1666

[...] Iis etiam, qui ad Chaldaeam literaturam animum adpellere avent, operam suam intra privatos parietes fideliter locabit., Sommersemester 1666

Iohannes Savbertvs postquam hactenus nonorum desiderio variis styli Ebr. exercitiis vacavit, jamnunc ad linguae S. rudimenta perdiscenda compendiarie via auditores producet. [...], Sommersemester 1666

[...] Ad alia quoque exercitia sive publica [...] desiderii auditorum operas suas obfert., Wintersemester 1666/1667

Iohannes Savbertvs prophetarum minorum interpretationem ea, qua hactenus usus est, methodo, continuabit, dabitque operam, ut nihil reliqui faciat, quod in sacro textu obscuritatem aut scrupulum parere possit. [...], Wintersemester 1666/1667

Iohannes Savbertvs, institutionum Ebraicarum explicationem ad finem perducet: atque interea loci regularum exegesin, quam publice proponit, [...], Wintersemester 1666/1667

[...] quotidie intra privatos parietes ad usum & praxin adcommodabit. [...], Wintersemester 1666/1667

[...] Si quid temporis in publicis fuerit reliquum; facillimam methodum investigandi radicem ad calamum dictabit., Wintersemester 1666/1667

[...] Ad alia quoque exercitia [...] sive privata desiderii auditorum operas suas obfert.,
Wintersemester 1666/1667

Johannes Savbertvs, propheticis lectionibus, in quibus nunc versatur, absolutis vaticinii Habacuc interpretationem subjunget. [...], Sommersemester 1667

[...] Privatum collegium nonis id desiderantibus promissum propediem inchoabit; atque de nonis Veteris ac Novi Testamenti controversis locis publice disputabit., Sommersemester 1667

Johannes Savbertvs explicatis hactenus Grammaticis praeceptis, jam porro Syntaxin Ebraicam juxta Schickardi ductum proponet, & deinceps difficiliore loquendi modos ex diversi V.T. Scripturae locis explanabit. [...], Sommersemester 1667

[...] Privata exercitia, qualia superiori trimestri instituit, quatuor & triginta psalmis grammaticè resolutis ab auditoribus, sedulo continuabit: [...], Sommersemester 1667

[...] atque in publicis etiam disputationibus edendis quavis occasione officii sui rationem habebit.,
Sommersemester 1667

Johannes Savbertvs, ubi ea, in quibus jam versatur, absolverit, ad Ebraeam linguam addiscendam via maxime compendaria juvenes manuducet. [...], Wintersemester 1667/1668

Privatum exercitium, quod noni commilitones ultro efflagitarunt, propediem inchoabit.,
Wintersemester 1667/1668

Johannes Savbertvs in Prophetarum minorum interpretatione perget: Continuabit etiam disputationes philologico-theologicas, si responsuri aderunt., Wintersemester 1667/1668

Johannes Savbertvs in praxi ἀναλύσσεως discendi cupidos auditores exercebit. Vt primum vero Magistratu, quem in praesenti sustinet, abierit, Sanctissimae ling. Ebraicae rudimenta methodo insigni facilitate & perspicuitate jam aliquoties probata tradet., Sommersemester 1668

Johannes Savbertvs ubi magistratus Academici, quem jam gerit, negotiis fuerit defunctus, lectiones exegeticas in Vet. Test. sueta methodo continuabit, [...] Docet hora octava matutina.,
Sommersemester 1668

[...] nec publicas disputationes oblata occasione intermittet., Sommersemester 1668

Johannes Savbertvs quae in institutionibus Ebraicis restant, de quiescentibus verbis, particula, punctorum vocalium mutatione, accentibus & punctis, ea brevi absolvet. Inde Syntaxin linguae Sanctae propriam & a Latina Graeca aliisque discrepantem publicis lectionibus perdocebit. [...],
Wintersemester 1668/1669

[...] Intra privatos parietes nuper coeptum exercitium porro urgebit., Wintersemester 1668/1669

Johannes Savbertvs Magnifico Vice Rectore D. Enoch Glaesero pie defuncto, etsi Serenissimi Principis ac Domini sui clementissimo jussu magistratus academici munia denuo in se suscepit, perget tamen Deo volente in sacris praelectionibus, & quae de sacerdotali Vet. Test. dignitate & officio pridem docere coepit, ea continuo studio pertractabit, atque, ut brevi absolvat, dabit operam; expositurus deinceps alia Sancti V.T. Codicis loca. [...], Wintersemester 1668/1669

[...] Publice disputandi occasionem non negliget: ac praeterea libellum de precibus Ebraeorum publici juris faciet., Wintersemester 1668/1669

[...] Occasione data gravioribusq. officii negotiis forte haud obstantibus vacabit etiam [...] seu privatis aliis exercitiis., Sommersemester 1669

[...] Occasione data gravioribusq. officii negotiis forte haud obstantibus vacabit etiam sive publicis Disputatoriis [...], Sommersemester 1669

Johannes Savbertvs Locis S. Scripturae Veteris Testamenti ex puris Israelis fontibus declaratis, & a periculosis adversariorum corruptionibus atque objectionibus hactenus vindicatis, in usum

Theologiae exegeticae pariter & polemicae alia similia subjunget. [...], Sommersemester 1669

Iohannes Savbertvs Syntaxi Ebraeorum jam exposita & superioribus diebus ad finem perducta quicquid hactenus per Grammatica praecepta fuit traditum, quo pacto id omne ad usum & Sacro S. fontis intellectum accommodari queat, per analysin aliaque hujus generis jucundissima exercitia ostendet., Sommersemester 1669

[...] Publicas disputationes, ferente occasione, itidem continuabit., Wintersemester 1669/1670

Iohannes Savbertvs uno alteroque insigniori V.T. loco proposito & declarato, aggredietur expositionem Evangeliorum dominicalium, ostensuru non solum, quo pacto per diversas partes distincte proponi queant singula, sed & quales doctrinae ex unoquoque fluant; quibus specialiores dispositiones plures paucioresve in ministerij candidatorum usum subjunget. [...], Wintersemester 1669/1670

Iohannes Savbertvs versabitur per breve adhuc tempus in textuum exquisitorum sacri fontis resolutione: deinceps rudimenta Ebraeae linguae jucunda & facili methodo tradet., Wintersemester 1669/1670

Iohannes Savbertvs ad Ebraeam linguam, quae in S. codicis originali textu est, perfectius addiscendam, ad Rabbinorum item commentaria intelligenda horumque verum usum percipiendum, per praxin ipsam atque diversa exercitia eos, quibus studium hoc cordi erit, manuducet., Sommersemester 1670

Iohannes Savbertvs Evangeliorum Dominicalium expositionem, quam facto a Paschatis festo initio ad dominicam VIII Trinitatis usque hactenus perduxit, publicis praelectionibus magna cura enixoque studio urgebit. [...], Sommersemester 1670

[...] Continuabit quoque publicas in V. & N. T. loca disputationes ansa a responsutis, quos vocant, ad id praebita., Sommersemester 1670

[...] Aliarum Orientalium linguarum insignem usum, si sint, qui aequa mente reputent, petituris id privatim Chaldaica quoque vlt Syriaca elementa proponet., Wintersemester 1670/1671

Iohannes Saubertvs Pericoparum evangelicarum expositionem ad dominicam XXV. Trinitatis usque hactenus perduxit; atque deinceps partem hibernam aggredietur, & cum DEO, absolvat. Disputandi quoque exercitia, si occasio affulferit, sedulo continuabit., Wintersemester 1670/1671

Iohannes Saubertvs Ebraicae linguae rudimenta ex compendio aliquo Grammatico facillima explicabit methodo. [...], Wintersemester 1670/1671

Iohannes Savbertvs Ad insignius aliquod argumentum Scripturae V.T. explicandum revertetur, [...], Sommersemester 1671

[...] neq. privatis exercitiis, ansam nactus, deerit: atque, quae jam tum typographicas exercent operas, curabit, ut intra paucos menses in publicum prodeant Variarum Lectionum textus Graeci Evangelii S. Matthaei, ex plurimis impressis ac MSS. codicibus collectae, & cum antiquioribus versionibus collatae, praemissa etiam epicrisi de origine, auctoritate, ac usu variarum Lectionum Graecarum N.T. in genere., Sommersemester 1671

Iohannes Savbertvs linguarum sanctissimam & ad verbum Dei ex ipso fonte hauriendum maxime necessariam, Ebraeam, ex compendio aliquo Grammatico ita docebit publice, ut seduli audientes ipsi praxi facili negotio assuescere possint. [...], Sommersemester 1671

[...] Publice disputandi [...] instituendi occasionem, modo suppeditur, non refugiet., Sommersemester 1671

[...] aut alia privata exercitia instituendi occasionem, modo suppeditur, non refugiet., Sommersemester 1671

Johannes Savbertvs institutionum Ebraicarum, quas mense superiori explicando absolvit, praecepta non solum per id, quod ante plusculos dies instituit, [...], Wintersemester 1671/1672

[...] sed & alia hujusmodi exercitia ad usum sedulo transferet., Wintersemester 1671/1672

Johannes Savbertvs difficilia Scripturae Vet. Test. loca, quae vel ab interpretibus male sunt translata, vel ab adversariis praepostere nobis objiciuntur, vel pro concionibus quandoque a nonis ἀτόπως & contra Spiritus S. intensionem allegantur, digesta in certas decadas, cundo ordine per singulos libros, proponet ac explanabit, [...], Wintersemester 1671/1672

[...] instituet etiam disputationem publicarum exercitia., Wintersemester 1671/1672

Johannes Savbertvs in controversis ac difficilioribus S. Scripturae locis, quorum octo ac viginti hactenus absolvit, excutiendis atque illustrandis magna cura progredietur; [...], Sommersemester 1672

[...] & , ut disputationibus nuper publice propositis succedant aliae, occasione data, annitetur., Sommersemester 1672

[...] Privatim, desideraturis id, linguae vel Chaldaicae vel Syriacae rudimenta tradet., Sommersemester 1672

Johannes Savbertvs post varia Sanctae Linguae idiotismis rectius percipiendis hactenus insituta exercitia, de veterum ac recentiorum Ebraeorum arte metrica, necnon, lectione Ebraeo Germanica hujusque insigniori usu publicis praelectionibus aget; compendij cujusdam Grammatici expositionem dein redorsurus. [...], Sommersemester 1672

Johannes Savbertvs difficilioribus Scripturae dictis, methodo hactenus consveta, tractandis mensem adhuc unum alterumque impendet. Postea vero de violentis Judaicorum Doctorum expositionibus, vel per selecta Vet. Test. loca, vel per textum aliquem continuum, aget. Vacabit etiam, occasione oblata, disputandi exercitiis., Wintersemester 1672/1673

Johannes Savbertvs in analysi exquisitorum textuum Ebraicorum progredietur., Wintersemester 1672/1673

Johannes Savbertvs si per discessum, quem mediatur, ex hac academia licebit, ad Ebraeae linguae studium excolendum aliquid conferet., Sommersemester 1673

Johannes Savbertvs D. quamdiu hoc adhuc commorabitur loco expositioni Scripturae V.T. vacabit., Sommersemester 1673

Dissertationen (9)

S̄eder ha-tefill̄a De Ritu Precandi Veterum Ebraeorum Dissertatio, 28.02.1663. VD17 12:147969K

[...] An Angeli Sint Adorandi, Ex Iudaeorum Mente, Disputationem Primam, 31.05.1661. VD17 12:165165H

[...] Festum Paschatis A Christo Salvatore Ante Passionem Celebratum, Et Iuxta Evangelistarum Ductum Consideratum, 31.03.1662. VD17 12:147948P

De Haalma, Matre Immanuelis, Ad Insignem Prophetiam Jesaiae VII, 14, 15, 16 Disputatio, 30.04.1664. VD17 23:245290R

Ad vaticinium Jes. IX, 6, 7, Quod agit De Messia, Eiusque Insignibus Qualitatibus Et Attributis Disputatio, 30.09.1664. VD17 1:077785P

[...] An Angeli Sint Adorandi, Ex Iudaeorum Mente, Disputationem Secundam, 27.07.1661. VD17 12:165167Y

Disputationem philologico-theologicam in quaedam controversa S. scripturae loca In quaedam controversa S. scripturae loca, 31.03.1667. VD17 23:251578R

Exercitatio Ad duo Novi Testamenti loca Matth. XXVI, 5. & Lucas XVI, 22, 23., 28.02.1670. VD17 23:256223A

Difficiliorum S. scriptura locorum triga, 30.11.1671. VD17 12:151197X

Beteiligung an Dissertationen (1)

Respondent in: Gerhard Tietz (Präses): Symboli fidei judaicae articulus XI Agens de beatitudine ac damnatione aeterna, ex mischnajoth et commentariis rabbinorum consideratus, 30.09.1660. VD17 23:254447W

Reden und Programme (5)

Johannes d. J. Saubert: Programma Festo Theophaneiön. VD17 23:246368S

Johannes d. J. Saubert: Programma Festo Pentecostes. VD17 23:246361P

Johannes d. J. Saubert: Programma SS. Angelorum Festo. VD17 23:232656R

Johannes d. J. Saubert: Programma Festo Paschatis. VD17 23:246359T

Johannes d. J. Saubert: Dissertatio De Studii Linguae Ebraeae In Theologia Utilitate Ac Necessitate. VD17 23:328108W

Zitierhinweis

Prof. Johannes d. J. Saubert. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-188-saubert> [06.07.2026]